[illegible] nostra latuit. O lignum salutare in quo salus nostra pependit. O arbor fructifera ex qua fructus vite percipitur. O palma victorie ex qua hii qui in stadio currunt modo coronantur et accipiunt palmam. O oliva speciosa in campis in qua per virum heliseum oleum mulieris adeo super crevit ut et creditoribus debitum redderetur et ecclesia vidua viveret de reliquo. O platane exaltata iuxta aquas que iuxta ipsius fluenta adeo est exaltata in immensum ut consisteret a nota infamie in triumphum glorie et a loco suppliciorum ad fontes imperatorum. O arbor mali sub qua suscitata est sponsa quando delevit quod adversus nos erat cyrographum decretum mortis nostre et illud affixit cruci. O arbor sub cuius umbra quam desideravit sponsa sedit et fructus eius dulcis gutturi suo quando salvum fecit populum suum a peccatis eorum. O scala iacob per quam angelos ascendentes et descendentes conspexit et cuius cacumine celos tangere videbatur per quam et protomartyr ille stephanus conscendens celos invenit apertos quando dominus ihesus accepit spiritum suum. O vera sicomorus in quam qui pusillus ascendit ihesum aspicit et sentit quia qui se humiliat exaltatur in ipsa cum aspicit qui iam transit de morte ad vitam quem resurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Hec maiorem etiam quam cynnamomum et balsamum aromatizans odorem dedit cuius odore resurgunt mortui cuius dulcore curantur impii cuius virtute respirant iusti cuius vigore triumphant sancti. O crux splendidior cunctis astris mundi dum et tenebras illas que erant super faciem abyssi fugavit et omnem hominem in hunc mundum illuminavit. Ipsius autem

Forma et figura crucis et exempla et concordantie.

forma crucis sive figura ab ipso initio nascentis mundi precessit quando formavit deus hominem de limo terre. Quid enim ipsa statura humana expansis brachiis et manibus nisi expresse formam crucis continet ut per eam videlicet formam intelligatur reformandus in qua fuerat formatus. Hinc noe longitudinem arche federis in qua salvata sunt ea que diluvium evaserunt trecentorum cubitorum composuit. Qui numerus mysterium crucis per quam salvanda a pecca-

[illegible] numerus per tau T litteram que crucis formam exprimit designatur. Hinc iacob cum duobus filiis ioseph benediceret manus et brachia in formam crucis cancellavit ut dextram superponeret minori quia per crucem facta est mutatio dextere excelsi super populum minorem. Hinc filii israel in exitu de egypto utrumque postem et superliminare domus tingentes sanguine agni paschalis formam crucis depingebant per quam liberati sunt ab exterminatore quia et nos si postes cordis nostri nec non et superliminare frontis tinxerimus sanguine ihesu christi ab illo exterminatore liberamur qui est malleus universe terre. Hinc moyse orante extensis manibus et brachiis in forma crucis vincebat populus domini quia et christo orante expansis in cruce manibus superavit populus christianus. Hinc in ezechiele tau littera signabatur in frontibus virorum gementium et dolentium de abhominationibus ydolatrarum per quam liberati sunt a viris illis qui habebant vasa interitus in manibus suis quia et nos si vere signum crucis habuerimus scriptum in frontibus nostris ab hiis liberamur qui homines secum pertrahunt ut intereant in seculum seculi. Ceterum quid decurro per singula. Si esset lingua mea calamus scribe velociter scribentis adeo ut et velociter curreret sermo meus et atramentum haberem illud ad renes quo utebatur ille qui signabat tau in frontes virorum predictorum gementium atque calamus ille daretur in manu mea quo signati sunt cubiti in templo ezechielis si denique ipsum celum extenderetur coram me sicut pellis nec tantum hominum sed etiam linguis loquerer angelorum crucis gloriam exprimere non valerem immo nec ipsum arbitror mundum posse capere crucis mysterium. O altitudo divitiarum sapientie et mysterii crucis. Quis enim cognovit sensum crucis.

Que sit latitudo. longitudo sublimitas et profundum crucis

Ego fratres de me fateor mirabilis facta est scientia ista ex me et confortata est nec potero ad eam. Sed utinam saltim possimus comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo longitudo sublimitas et profundum crucis. Latitudo in operibus caritatis cuius mandatum latum est et extenditur usque ad inimicos domino dicente diligite inimicos vestros sicut et ipse christus in cruce expansis

mandi ... [illegible]
patri ignosce illis quia nesciunt quid
faciunt. Longitudo in perseverantia. Non
enim qui cepit, sed qui perseveraverit usque
in finem, hic saluus erit. Sicut et ipse
christus cum dilexisset suos in finem dilexit
eos. Sublimitas ut queramus que
sursum sunt, non que super terram. Sicut
et ipse voluntatem patris pretulit inquiens.
Verumtamen non sicut ego volo, sed sic
ut tu vis. Profundum i. occultum iudicio
rum dei, quod videlicet hunc vocat, illum
reprobat, ut dicamus cum paulo. O alti
tudo diviciarum sapientie et scientie dei,
quam incomprehensibilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. Possunt tamen et

Quomodo iste dimensiones assignantur in hiis qui ante legem fuerunt.

aliter iste dimensiones assignari in ipsa
cruce, ut profundum huius crucis partes il
li intelligantur qui legem precesserunt, qui
quoniam in profundo ignorantie fuerunt, per profun
dum bene designantur. Peccatum enim non im
putabatur cum lex non esset, secundum quod ait
apostolus: Concupiscentiam nesciebam, nisi lex
diceret: Non concupisces. Longitudo intel
liguntur illi qui fuerunt a lege data usque
ad christum, qui quoniam longioris temporis cursu pro
cesserunt, merito per longitudinem designan
tur. Iuxta illud: Lex et prophete usque ad iohannem.
Sublimitas possunt intelligi apostoli et qui
per christum vocati sunt tanquam in sublimi et
supremo loco constituti, iuxta quod apostolus ait:
Nos sumus in quos fines seculorum deve
nerunt. Latitudo possunt intelligi genti
les, qui quoniam in nemorosa multitudine inve
nerunt ad fidem crucis, non inmerito per la
titudinem designantur, iuxta illud prophecium
noe in genesi: Dilatet deus iapheth et habitet

Figure.

in tabernaculis sem. O magnum misterium
et admirabile sacramentum. Hec est arbor
illa vite in medio paradisi, cuius radix fuit
in illis antiquis qui legem precesserunt,
iuxta illud: Non tu radicem portas, sed ra
dix te. Truncus in hiis qui fuerunt post
legem datam usque ad christum, iuxta illud:
Insererentur trunco olive. Culmen vero in
apostolis et apostolicis viris, in quorum persona quasi
in culmine positorum inquid david:
Super senes intellexi. Qui fuerunt etiam
rami super humeros gigantum. Rami in
telliguntur gentiles, iuxta illud paulus:

... [illegible]
nam olivam fuerint ... in ipsa cruce

Quatuor ligna fuerunt in cruce domini.

quatuor ligna, lignum ... et hoc est
longitudo, lignum transversum, et hec est la
titudo, tabula supposita, et hec sublimitas,
Stipes enim infixa erat cruce, et hoc est
profundum, per que manifeste declaratum
est quod de quatuor mundi partibus voca
rentur homines, et per quatuor mundi cli
mata venerunt ad adorandum crucem,
iuxta quod etiam ipse ait: Cum exaltatus fu
ero a terra, omnia traham ad me ipsum. De
omnibus mundi partibus aliquos traham ad me
ipsum. Unde et in evangelio dicitur: Multi ve
nient ab oriente et occidente et recumbent
cum abraham, ysaac et iacob in [illegible]
celorum. Et alibi: Dicam aquiloni da, et au
stro noli prohibere. Prohibere dicuntur etiam
in totidem, i. in quatuor generibus lignorum.

De iiij. generibus lignorum.

Hec ibi fuisse inveniuntur enim lignum dominice
crucis, ut aiunt, palme et cypressi et olive

Palma.

et cedri, non sine grandi significatione. Palma
enim signum victorie est, quia ex ea coronaban
tur antiqui victores. Et ubi est tanta vic
toria ut victoria crucis, in qua david
vir vere manu fortis et aspectu desiderabi
lis, manu mortem et etiam cruci affixa
golias devicit, et debellavit aereas potesta

Cypressus.

tes. Cypressus est arbor boni odoris. Et certe
non est odor sicut odor crucis, cuius odore
multa corpora sanctorum qui dormierant sur
rexerunt, et venerunt in sanctam civita

Oliva.

tem, et apparuerunt multis. Oliva suo liquore
qui ceteris superat, misericordiam profert. Et in pres
sura crucis eliquatum est illud oleum,
quod samaritanus infudit vulneribus sau

Cedrus.

ciati. Cedrus arbor est imputribilis. Et vir
tus crucis tanta est efficacie ut et nos con
servet a putredine, iuxta illud: Fide mun
dans corda eorum. Et ipsa in se usque ad iudi
cium incorruptibilis perseverat, quando apparebit
signum filii hominis in celo, et videbunt
impii in quem transfixerunt. Offeramus ergo et

Quomodo nos debemus offerre in nobis hec eadem genera lignorum et exempla eorum qui obtulerunt.

nos fratres hec eadem lignorum genera in nobis ipsis
ad compositionem s. dominice crucis. Offeramus
ergo palmam victorie, ut hostes visibiles et
invisibiles superemus, existentes fortes in bel
lo, et pugnantes cum antiquo serpente,
quia scriptum est in apocalipsi: Qui vicerit
dabo ei edere de ligno vite quod est in pa

Giuliano 1580

ntile autem sunt sponse immaculate cir
gento. Scds decor ecclie est intrinsec. ad pl
critudinem. ps. Omnis gla ei filie regis
ab intus. Cant. Absqz eo quod intrinsec latet.
Nonne hic decor est intrinsec. ad ecclie pl
critudinem. que quidem nigra est ad ex
terius sz formosa est intus. eo qd omnia interiora
ei benedicunt nomen scm dni. Scds decor
est a patre. i. decor xpi a deo. Pau. ppt qd
exaltauit illum deus. et dedit illi nom
qd est sup omne nome. Tercius decor ecclie
est a scdo. i. a xpo. Ev. de plenitudine ei
accepimus omnes ps Sicut unguentu in
capite qd descendit in barbam barbam
aaron. Primus n est de aliq alio. Sz patre
immobilis pmanens. Boeci. Stabilis qz
manens dat causa moueri. ps Bonoru
meor n eges. Diluculum tribus modis

Diluculum temporis. in bono.
pectoris. et eternitatis. De primo. ps.
Exurgam diluclo. ps. Si sumpsero pen
nas meas diluclo. Diluclm pectoris est.
cum de tenebris ignorantie. de caligine lit
tere. de somno pecti exsurgit quis ad dnm u
tuntm. Osee. Quasi diluclm pparatus
est egressus ei. et ueniet qsi ymber nobis
temporaneus et serotinus terre. ps. Preue
nerunt oculi mei ad te diluclo. ut meditarer
eloquia tua. Diluclm eternitatis est ipe xpc.
Job. Uisitas eum diluclo. et subito pbas
illum. Job. Nonquid post ortum tuum
precepisti diluclo. In primo diluclo surgimus
a sompno corpali. Ev. Qui dormitis e
gite et orate. Nonne hoc diluclo magda
lena querebat dominum ad monumentu.
cum etiam adhuc tenebre essent. In scdo
a sopno uicior. Pau. Exurge qui dormis
et exurge a mortuis. et illuminabit te xpc.
Nonne hoc diluclo monet surgere pau.
qn quia nox precessit dies aut appropinq
uit. Inquit. Hora est iam nos de somp
no surgere. In tercio surgimus a sompno pe
nalitatis et mortis. Apoc. Absterget ds
omnem lacrimam ab oclis scor. Ev. Ue
nit hora qndo omnes qui in monumentis
sunt audient uocem filii dei et qui au
dierint uiuent. Et pcedent qui bona fe
cerunt in resurrectionem uite. qui uero
mala egerunt in resurrectione iudicii.

Sic ergo surgimus in diluclo.

curibz frs. ut no contristemini sicut et
ceti qui spem no habent. Nonne p terciu
surgimus a sompno penalitatis et mortis.
qn media nocte clamor fiet. ecce sponsus
uenit exite obuiam ei. Et inaduentu ipi
iudicis. qn canet tuba et mortui resurgent
incorrupti. In primo oritur sol. uel lux m
dialis machine. Ev. Et ualde mane u
na sabbor ueniunt ad monumentum
orto iam sole. Nonne hoc diluclo orta est
lux machine mundialis. qn in pncipio
prime diei. quia adhuc tenebre erant sup
faciem abyssi. dixit ds fiat lux. et fca est
lux. In scdo oritur sol iusticie. ys. Orietur
ut mane lux tua. pau. Sol no occidat
sup iracundiam uram. Nonne hoc di
luclo orta est lux iusticie. qn ortum est
in tenebris lumen rectis corde. et hii qui
fuerunt aliqn tenebre. nunc aut sunt
lux in domino. In tercio oritur sol uel lux
misericordie gle. Ev. Erat lux uera que
illuminat omnem hominem uenientem
in hunc mundum. Nonne in tercio or
ta est lux eterne gle. qn surrexerit ut illumina
retur ierlm. quia uenit lumen suu. et
pplus qui ambulabat in tenebris uidit
lucem magnam. eo qd habitantibz in re
gione umbre mortis lux orta est eis.
Primo diluclo surrexit pater familias
ut mitteret operarios in uineam suam.
Scdo surrexerit magdalena ut quereret
dnm in monumento. Tercio surrexerit
dns de sepulcro. Dies. iiij. modis in

Qualis sol uel lux orit in diluculo.

figure.

Dies temporis. bono.
pspitatis. dies pectoris. et eternitatis.
De primo exodus. Dies prima erit sca atqz sol
lempnis. Et dies septima eadem festiuita
te uenerabilis. Exodus. Memento ut die
sabbi scificies. De scdo. ps. In die mandauit
dns misericordiam suam. et nocte cantic
ei. ps. P diem sol no uret te neqz luna p noc
tem. Dies pectoris. dr illuminatio uirtu
tem. Pau. Nox pcessit. dies aut appropi
quauit. Ev. In a die illa no interrogabi
tis me quicqm. De quarto Ev. Qui ambulat
in die no offendit. ps. Melior est dies
una in atriis tuis sup milia. Primi dies
illuminat terram. Gen. Diuisit ds lucem
a tenebris. et appellauit lucem diem. et

et omnis gloria eius quasi flos feni. Ys. Et quidem in
hac die tua que ad pacem tibi. Iob. Ducunt
in bonis dies suos. et in puncto hore ad in
ferna descendunt. Tercius illuminat ani
mam. ps. Deus meus illumina tenebras me
as. Quartus illuminat et glorificat corpus
et animam. Pau. Cum corruptibile hoc in
duet incorruptionem. et mortale in mor
talitatem. Dies pectoris habet mane ortum
scilicet virtutum. ps. Orietur ut mane lux
tua. Et meridiem fervorem caritatis. Cant.
Indica michi ubi pascas. ubi cubes in meri
die. Ad hoc declinavit adam cum peccavit.
Gen. Cum deambularet dominus ad auram post
meridiem. Habet etiam vespere et occasum
solis iusticie. Pau. Sol non occidat super

Figure et concordantie de die eternitatis.

iracundiam vestram. Hec est dies quam specialiter
dominus fecit. exultemus et letemur in ea. Dies
eternitatis non interpolatur successione nocti
um. Et erit dies una. non dies neque nox.
Hic est paradisus voluptatis. quem deus plan
taverat a principio. Hic est dies septimus
quo deus requievit ab omni opere quod patrarat.
Hic est dies qua enoch translatus est in pa
radisum. Hec est camera suprema in archa
noe. Hii sunt montes armenie super quos
requievit archa noe. Hoc est excelsum quod
tangebat culmen scale iacob. Hec est ra
chel ad quam iacob post lippam lyam ingre
ditur. Hec est sicima quam preter sortem
fratrum reliquit filio suo ioseph. Hec mons
synai in quo apparuit dominus moysi. Hec sunt
sancta sanctorum in tabernaculo moysi. Hec est solitu
do in quam hyrcus a pontifice cum peccatis populi mit
tebatur. Hec est terra promissionis quam populus
post desertum ingreditur. Hoc est irri
guum superius pro quo flet axa filia caleph. Hec
est ierusalem quam david per victoriam obtinet.
Et hec est syon arcem munitionis conti
nens. Hec est dextra de qua pater ait filio.
Sede a dextris meis. Hec est una illa quam
propheta petiit a domino. et hanc requiret. scilicet
ut inhabitet in domo domini omnibus diebus vi
te sue. Hoc est tabernaculum de quo david ait.
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.
aut quis requiescet in monte sancto tuo.
Hic est locus tabernaculi admirabilis quo
david se dicit ingressurum. scilicet usque ad domum
dei. Hec est terra viventium in qua propheta
cientur. tanquam pulvis quem proicit ventus
a facie terre. Hoc est templum salomonis.
in supercilio montis edificatum. Hec est
dextera de qua ait sponsa. Leva eius sub
capite meo. et dextera illius amplexabitur me.
Hic est locus quo helias curru igneo rapitur.
Hoc est solium excelsum super quod vidit
ysaias dominum sedentem super solium excelsum.
Hoc etiam illud. quod oculus non vidit. nec
auris audivit. et tamen sicut ipse ysaias ait. prepa
ravit deus illud hiis qui diligunt eum. Hec
est ierusalem in qua ardet caminus sicut ipse
ait. Vivit dominus cuius ignis in syon et cami
nus in ierusalem. Hii sunt dies de quibus pe
tit ieremias. Innova dies nostros sicut a prin
cipio. Hic est locus in quo erit lignum po
miferum illud de quo ait ezechiel. non
defluet folium ex eo. et non decidet fructus
eius. In hoc dicit daniel milia milium mi
lium ministrabant ei. angelorum scilicet. et de
cies centena milia assistere sibi. Hic
est mons thabor. in quo dominus transfiguratur.
Hic est denarius qui vinitoribus promittitur.
Hoc est supercilium montis. ubi dominus
discipulos refecit. Hic est thalamus qui vir
ginibus fatuis non aperitur. Hoc est cena
culum ubi dominus pascha paravit. Hec est
dies dominica. qua dominus suscitatur. Hoc
est litus ad quod trahitur rete petri.
Hoc cubiculum de quo ait pater familias.
iam pueri mei mecum sunt in cubili.
Hoc est gaudium domini sui. in quo intrat
ille qui talenta multiplicavit. Hic est
locus quo abiit rex ut acciperet sibi regnum et
reverti. Hec est illa preciosa margarita.
pro qua emenda ille qui eam invenit. ven
didit omnia sua et comparavit eam. Hic
est recubitus ubi recumbent sancti quando dominus
precinget se et transiens ministrabit
illis. Hec est refectio de qua ipse ait. ut
edatis et bibatis super mensam meam in
regno meo. Hic est sinus abrahe. in quo
dives lazarum positum vidit. Hic est
locus quo pater familias peregre profectus est post
quam servis suis talenta divisit. Hoc est de
sertum ubi pastor reliquit nonaginta
novem oves. quando venit querere centesimam
ovem. que perierat. Hec est domus patris in
qua mansiones multe sunt. Hoc est

et ego sicut fenum arui. Pau. Preterit enim figura
huius mundi. Pau. Mundus preterit et con
cupiscentia eius. Epistola ca. Ortus est sol cum ar
dore et arefecit fenum et flos eius decidit. et
decor vultus eius deperiit. Epistola ca. Aurum et
argentum vestrum eruginauit. et erugo
eorum erit vobis in testimonium. Pau. Di
uitibus precipe non superbe sapere. nec sperare in
incerto diuitiarum. Sap. Transierunt
hec omnia velud umbra. Ecclesiastes. Vani
tas vanitatum. et omnia vanitas. sub sole
vanitas. et per totum vanitas. Ecclesiastes.

Cui mentitur quis falsitate et exempla eorum qui sic mentiuntur.

Prima falsitate mentitur homo deo.
Homo enim videt in facie. sed deus in corde.
Ps. Scrutans corda et renes deus. Pau.
Scrutator intencionum cordis. Nonne sic
mentiebatur deo Symon. qui cum dominus
epularetur in domo sua. et magdalena
accessisset ad pedes eius dicebat intra se. hic
si esset propheta sciret utique que et qualis est
mulier que tangit eum. quia peccatrix
est. Unde et de falsitate cordis arguit eum
dominus dicens. Symon habeo tibi aliquid
dicere. Duo debitores erant cuidam fene
ratori. et cetera. Secunda falsitate mentitur
deceptor proximo. Exod. Non loqueris
contra proximum tuum falsum testimonium.
Salomon. Os quod mentitur occidit animam.
Ps. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.
Nonne sic mentiti sunt proximo senes
illi et deceptores presbiteri in babilone. qui falsum
testimonium tulerunt aduersus susannam. Tercia
falsitate mentitur ypocrita mundo. Ewangelium.
Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad
vos in vestimentis ouium intrinsecus autem sunt
lupi rapaces. a fructibus eorum cognoscetis
eos. Ewangelium. Similes sepulcris dealbatis.
que intrinsecus sunt plena omni spurcitia.
Nonne sic mentiebatur symon magus
mundo. quando multi qui erant in ciuitate sa
marie dicebant. de eo. hic est virtus dei. que
vocatur magna. eo quod multo tempore magicis suis
dementasset eos. Quarta falsitate mentitur
mundus homini. Regum. Si confidis in rege
egypti. inniteris baculo arundineo. qui fran
gitur. et perforat manum innitentis. Ps.
Quia cum interierit non sumet omnia. neque
descendet cum eo gloria eius. propter quod etiam
dictum est in psalmo. Diuitie si affluant.
nolite cor apponere. Nonne sic mentitur
mundus illi qui cum repleuisset horrea sua
et dixisset anime sue habes multa bona reposita
in annos plurimos et cetera. audiuit tandem.
stulte hac nocte animam tuam repetent a
te. que autem parasti cuius erunt. Forma

Forma. vel figura. v. modis in bono siue figura xpi. uno indifferenter. i. in malo.
ecclesie. hominis. atque diaboli. Forma vel fi
gura xpi duplex. scilicet forma xpi diuinita
tis. Pau. Qui cum in forma dei esset non
rapinam arbitratus est esse se equalem deo.
Pau. Qui cum sit splendor glorie. et figura
substantie eius. Secunda forma humanitatis. Pau.
Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens in
similitudinem hominum factus. Ps. Speciosus
forma pre filiis hominum. Ys. Iste formo
sus in stola sua. gradiens in multitu
dine fortitudinis sue. Forma vel figura
ecclesie duplex. scilicet pulcritudo quam habet intrinsecus.
Cant. Nigra sum sed formosa. Ps. Omnis
gloria eius filie regis ab intus. Cant. Absque eo quod
intrinsecus latet. Secunda figura huius mundi quam nunc
habet ecclesia ad dilectum. Pau. Preterit enim fi
gura huius mundi. Ps. Delectasti me domine in fac
tura tua. Forma vel figura quoque hominis
duplex. scilicet forma reformationis. et iustifica
tionis. Pau. Conformes fieri ymaginis
filii sui. Pau. Renouamini spiritu mentis vestre.
Secunda forma future resurrectionis. Pau. Qui re
formabit corpus humilitatis nostre configuratum
corpori claritatis sue. Forma vel figura diaboli
est peccatum. Deut. Figuras et stigmata non fa
cietis vobis. Prima forma xpi est creans.

Qualis est forma.

Ps. Dixit et facta sunt. mandauit et crea
ta sunt. Gen. In principio creauit deus celum
et terram. Secunda creatura. Pau. Misit deus
filium suum natum ex muliere factum sub
lege. Ewangelium. Quod enim in ea natum est de
spiritu sancto est. Secunda cum sit emmanuel. i. no
biscum deus. utramque tamen naturam. vel for
mam hanc complectitur Iohannes prima cum dicit.
In principio erat verbum. Secundam cum dicit.
Verbum caro factum est. Itemque complectitur
propheta. Secundam. Homo factus est in ea. Primam.
Ipse fundauit eam altissimus. Prima forma
ecclesie est primatus. Ps. Ibunt de virtute
in virtutem. videbitur deus deorum in syon. Ewangelium.
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque
ad consummationem seculi. Ps. Ego confir
maui columpnas eius. Ewangelium. Petre ego pro

Concordantie quod forma mundi transibit.

oraui ut non deficiat fides tua. Secunda trans
siens. Ecclesiastes. Vanitas uanitatum et
omnia uanitas. Ecclesiastes. Omnia sub sole ua
nitas. Ysaias. Ecce ego creo celos nouos et ter
ram nouam. Apoc. Ecce noua facio omnia.
Epistola canonica. Terra autem et celi que nunc sunt eodem
uerbo reposita sunt. Ecclesiastes. Sicut spatium
transeunt uniuersa. Apoc. Non erunt in me
moria priora. Sap. Transierunt hec omnia sicut
umbra. Epistola canonica. Mundus perit et concupis
centia eius. Utramque ecclesie formam complec
titur dominus. Secundam cum dicit. Celum et terra
transibunt. Primam formam cum dicit. Verba
autem mea non transibunt. Prima forma hominis

Concordantie quod gratia dei reformat animum.

reformat hominem. Pau. Fuistis aliquando te
nebre. nunc autem lux in domino. Ysaias. Populus qui
ambulabat in tenebris. uidit lucem mag
nam. Pau. Deponite ueterem hominem cum
actibus suis. et induite nouum. Pau. Expur
gate uetus fermentum. ut sitis noua conspersio.
Pau. Itaque epulemur non in fermento ueteri.
neque in fermento malitie et nequitie.
sed in azimis sinceritatis et ueritatis. Ysaias.
Induere uestimentis glorie tue. Pau. Sicut
in die honeste ambulemus. Deut. Super
uenientibus nouis. uetera abicietis. Ysaias.
Vetus error abiit. Pau. Surge qui dor
mis et exurge a mortuis. et illuminabit
te christus. Expergiscimini qui iacetis
in puluerem. Sap. In maliuolam animam
non introibit sapientia. nec habitabit in corpore
subdito peccatis. Gen. Egredere de terra et
de cognatione tua. Pau. Non est conuen
tio lucis ad tenebras. neque christi ad belial.
Ps. Asperges me domine ysopo et mundabor.
lauabis me et super niuem dealbabor. Cant.
facies tua decora. Cant. Quam pulchra
es amica mea. et quam decora. Ps. Specie tua
et pulchritudine tua. Ev. Dimitte
mortuos sepelire mortuos suos. tu autem
ueni sequere me. Ps. Circumamicta uari
etate. Secunda reformat corpus. Pau. Cum
corruptibile hoc induerit induerit in cor
ruptelam. et mortale hoc induerit immor
talitatem. Tunc fiet sermo qui scriptus
est. Absorta est mors in uictoria. Ubi
est mors uictoria tua. Ubi est mors
aculeus tuus. uel stimulus tuus. Vi
trumque hominis formam uidetur complecti
euangelium. cum dicit. Cito proferte stolam
primam et induite illum. Prima namque
stola dicitur respectu secunde. Forma diaboli defor
mat animam. Ps. Ethyopia preueniet manus
suas deo. Ethyopes namque nigri sunt.
et deformes. Ezech. In egipto constructe
sunt matrice tue. Ysaias. Uxor omnis nutat.
Ysaias. Ite angeli ueloces ad gentem conuulsam.
et dilaceratam. Pau. Forma christi fuit ab
eterno. Ev. Antequam abraham fieret ego
sum. Sap. Ego sapientia ex ore altissimi pro
diui. Primogenita ante omnem creaturam.
Secunda fuit ex tempore. Pau. Cum uenit
ergo plenitudo temporis. misit deus filium
suum factum ex muliere factum sub lege. Pri
ma forma ecclesie manet post tempora. Pau.
Caritas numquam excidet. Secunda tamen in tempore.
Pau. Omne quod antiquatur et senescit. prope in
teritum est. Pau. Siue prophetie euacuabuntur
siue lingue cessabuntur. Prima forma hominis
incipit in tempore. Ev. Exi cito in uicos et pla
teas ciuitatis. et compelle intrare. Apoc.
Expectate modicum tempus. donec impleatur
numerus fratrum uestrorum. Secunda post tempora. Pau.
Omnes quidem resurgemus. sed non omnes immu
tabimur. Forma uero diaboli et hic est. et manet
in eternum. et mundum usque in sempiternum.
sicut patet in iuda. Frangere sex modis.

Frangit deus. in bono uno in malo.
Frangit christus. et frangit homo. Frangit
deus bonos. frangendo in eis carnalitatem.
Ps. Tamquam uas figuli confringes eos. i.
secundum quod sunt uas figuli. Frangit etiam
malos. uel ad correctionem per penitentiam et
humilitatem. Ps. Confringam illos nec
poterunt stare. Uel ad dampnationem. Ps.
Confringet dominus cedros libani. Frangit christus
corpus suum. dum passionibus exponit ecclesiam.
Ev. Fregit et dedit discipulis suis dicens.
Hoc est corpus meum. Frangit homo uel ele
mosinam largiendo. Ysaias. Frange esurienti pa
nem tuum. uel scripturam exponendo. ut
ibidem. Et treni. Paruuli petierunt panem
et non erat qui frangeret eis. Ev. Cogno
uerunt eum in fractione panis. Frangit
etiam homo corpus christi in altari sacramen
taliter. Pau. In communione fractionis pa
nis. Ex fractione qua christus frangit corpus
suum. i. ecclesiam. colliguntur fragmenta
uirtutum. Cant. Sicut fragmen mali puni
ci gene tue. i. sancti. qui uirtutum sustinent sic

Exod. Non videbit me homo et vivet.
Ep. can. Deum nemo vidit umquam. sed unigenitus qui est in sinu patris. ipse enarravit.
Jo. Hec est autem vita eterna ut cognoscant te
et quem misisti verum deum et unum dominum. Pau.
Videmus nunc per speculum in enigmate. tunc
autem facie ad faciem. Pau. Tunc cognoscam
sicut et cognitus sum. Pau. Cum venerit quod perfectum
est. evacuabitur quod ex parte est. Exod. Non poteris
videre faciem meam. Exod. Cumque pertransiero videbis
posteriora mea. Regum. Helyas operuit vultum
suum pallio. et egressus stetit in ostium spelunce.
Sap. Scrutator maiestatis opprimetur a gloria.
Sap. Mel invenisti. comede quod sufficit tibi.
ne forte saciatus evomas illud. Ps. Accedet homo
ad cor altum. et exaltabitur deus. Pau. Non plus
sapere quam oportet sapere. Ys. Quis cognovit sensum
domini. aut quis consiliarius eius fuit. Job. Forsitan
usque ad omnipotentem pervenies. Primus
fulgor fulget in patria. Pau. Sive prophetie evacuabuntur.
sive lingue cessabunt. sive scientia destruetur.
Pau. Omnis cessabit prelatio. Jerem. Non
docebit ibi unusquisque [proximum suum] et unusquisque fratrem
suum dicens. cognosce dominum. Omnes enim cognoscent
me a maiore usque ad minorem eorum. Secundus
fulgebit post tempora in eternitate. Ps. Beati
qui habitant in domo tua domine. in secula seculorum
laudabunt te. Ps. Exultabunt sancti in gloria. Tertius
ante tempora ab eterno. Jo. Ego et pater unum
sumus. Jo. Antequam Abraham fieret ego sum.
Et in simbolo. Eternus pater. eternus filius. eternus
spiritus sanctus. In primo de throno dei fulgura procedunt.
In secundo ad connectendas parietes tabernaculi
due tabule semicubitales accedunt. que scilicet
geminam stolam designant. In tertio faciem sedentis
super solium excelsum. seraphin suis alis tegunt. Firmamentum. viij. modis. in

Firmamentum materiale. bono uno in malo.
spirituale. celeste. et infernale. Materiale
firmamentum est exterior illa superficies. de aquis
aquis congelatis admodum cristalli. Gen. Fiat
firmamentum in medio aquarum. Spirituale firmamentum
multiplex est. scilicet ecclesia. Gen. Et
aut luminaria in firmamento celi. id est appareant
apostoli in eminentia ecclesie. Vel scriptura
sacra. Ps. Erit firmamentum in terra in summis
montium. Vel sancti fuerunt constantia et
adversa. Ps. Opera manuum eius annuntiat firmamentum.
Vel precio divina. Ps.
Firmamentum est dominus timentibus eum. Vel
robur sanctorum. Ps. Omne firmamentum panis
contrivit. id est robur eorum penitus debilitavit. Firmamentum
celeste dicuntur angeli. Dan. Benedictus
es domine in firmamento celi. id est in angelis. Infernale
dici potest obstinatio in peccatis. Ps. Firmamentum
est in plaga eorum. Primum firmamentum
dividit aquas ab inferioribus. Gen. Dividat
aquas ab aquis. Firmamentum ecclesie dividit
veritatem fidei a falsa. Cant. Comedi favum
meum cum melle meo. bibi vinum meum cum lacte
meo. Cant. Capite nobis vulpes parvulas. que
demoliuntur vineas. que ergo in simbolo. Fides
autem catholica hec est ut unum deum in trinitate.
et trinitatem in unitate veneremur. Firmamentum
sacre scripture. dividit veros intellectus a falsis.
Terminos namque statuit moyses. circa montem
Synai. quos transgredi non licebat. Et ipsa scriptura
terminos constituit. de quibus scriptum est in sapientia.
Non transgredieris terminos quos posuerunt
patres tui. Horum numerum transgrediebantur
caupones. adulterare qui sic dicuntur in ysaia.
miscebant aquam vino. Firmamentum sanctorum dividit
motus licitos ab illicitis. ne scilicet motus inferiores
id est sensualitatis ascendant ad firmamentum
rationis. Ps. Beatus qui tenebit et allidet
parvulos suos ad petram. Exod. Non concupisces.
id est concupiscere non acquiesces. Gen. Ipsa
conteret caput tuum. Pau. Temptatio vos non
apprehendat nisi humana. Firmamentum predicationis
divine dividit suos a non suis. Jo.
Ego cognosco oves meas. et nemo potest eripere
illas de manu mea. Firmamentum id est robur
sanctorum. dividit gratiam perseverantie. a non perseverantie.
Jo. Non qui ceperit. sed qui perseveraverit
usque in finem. hic salvus erit. Apoc.
Esto fidelis usque ad mortem. Firmamentum
angelorum dividet salvandos a dampnandis.
Jo. Mittet angelos suos. et separabunt malos
de medio iustorum. et mittent in caminum ignis.
Jo. Cuius ventilabrum in manu sua. et permundabit
aream suam. et congregabit triticum
in horreum suum. paleas autem comburet
igni inextinguibili. quod fiet ministerio
angelorum. Pau. Omnes sunt administratorii spiritus
missi in ministerium. In materiali firmamento
sunt luminaria visibilia. Gen. Fecit deus duo
magna luminaria. Luminare maius ut preesset
diei. et luminare minus ut preesset nocti. Et
stellas. Ps. Solem in potestate diei. lunam
et stellas in potestatem noctis. In firmamento

Quando fuit fulgor.

Quoque dividit firmamentum.
superiores

Quod luminare maius quod minus in scriptura. et que stelle.

ecclie. luminare maius est ipse xpc. Ev. Erat lux vera, que illuiat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sap. Erravimus a via veritatis. 7 sol iusticie non ortus est nobis.
Ps. Vos timentibus dnm orietur sol iusticie.
Luminare minus ipsa est ecclia. Cant. Pul
cra ut luna. electa ut sol. Parab. Sacculum pecunie secum tulit. in die plene lune reversurus. Stelle sunt minores sci. Pau. Inter quos lucetis sicut luminaria fixa in firmamento. Job. Obtenebrentur stelle caligine eius. In firmamento scripture luminare maius est scientia de divinitate xpi. Johs. In principio erat verbum 7 verbum erat apud deum 7 deus erat verbum. Pau. Qui cum sit splendor glorie 7 figura substantie eius. Pau. Non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Pau. Qui predestinatus est filius dei in virtute. Luna vero scientia humanitatis eius. Johs. Verbum caro factum est. Pau. Exinanivit semetipsum formam servi accipiens. Pau. Habitu inventus ut homo. Pau. Semen abrahe apprehendit. Stelle autem sunt alie sententie scripture. Ev. Ingredietur 7 egredietur 7 pascua inveniet. Ev. Scrutamini scripturas. Ev. Habent moysen 7 prophetas audiant illos. Cant. Murenulas argenteas faciemus tibi vermiculatas argento. Ev. Omnis scriba in regno celorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo nova 7 vetera. Cant. Omnia poma nova 7 vetera servavi tibi dilecte mi. Ezech. etiam vidit rotam in medio rote. Ezech. Spiritus vite erat in rotis. In firmamento scorum sol possunt intelligi perfecti qui fervore caritatis accensi a statu sue rectitudinis numquam movetur. Cant. Aque multe non potuerunt extinguere caritatem. Pau. Certus sum quod neque mors. neque vita poterit nos separare a caritate xpi. Apc. Sicut sol lucet in virtute sua. Unde sicut stellas celi non extinguit nox. Pau. Cum infirmor tunc potens sum. Pau. Virtus in infirmitate perficitur. Sap. Tamquam aurum in fornace probavit eos. Sap. Cum ambulaveris per ignem flamma non nocebit te 7 odor ignis non erit in te. Ps. Cum ceciderit iustus non collidetur. quia dns firmat manum eius. Job. Sicut dno placuit ita factum est sit nomen dni benedictum. Malach. Et purgabit filios levi. Sal. Vasa figuli probat fornax. 7 homines iustos temptatio tribulacionis. Job. Tamquam aurum per ignem probatur. Act. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihu contumeliam pati. Pau. Tribulatio paciencia operatur. Luna sunt minores 7 infirmi. qui in tedium persecutionibus minuantur. 7 iterum surgunt. Salo. Septies cadit iustus in die 7 resurgit. Ps. Ut edant carnes meas. Nam ossa sunt fortes quibus non possunt nocere. quorum figuram tenebat petrus. qui videns ventum validum venientem timuit. Stelle vero possunt intelligi parvuli baptizati. qui licet minus fulgent. tamen in firmamento scorum sunt. Ev. Qui crediderit 7 baptizatus fuerit salvus erit. Vel in firmamento scorum sol possunt intelligi virgines. que tamquam cereis ardentes pleni lucent. Pau. De virginibus preceptum non habeo. consilium autem do. Pau. Despondi vos uni viro virginem castam exhibere xpo. Super carnem namque 7 quasi in celo vivunt. Per lunam possunt intelligi martires. qui frequenter passionibus subduntur. Pau. Sanguinem servorum tuorum fuderunt in circuitu ierusalem 7 non erat qui sepeliret. Unde 7 clamant in apc. Vindica sanguinem nostrum deus noster. Per stelle possunt intelligi confessores. qui etiam ipsi lucent in eodem firmamento. Ev. Qui confitebitur me coram hominibus. confitebor 7 ego eum coram patre meo. Epi. ca. Confitemini alterutrum peccata vestra. Dan. Per stelle in perpetuas eternitates. In firmamento anglorum quasi sol intelligitur ordo seraphyn. qui pleni cereis caritatis lumine accenduntur. Unde 7 seraphyn interpretatur ardens. Ys. Seraphyn clamantes scs. scs. scs. [illegible] sabaoth. Per lunam possunt intelligi [illegible] dnes. Dan. Milia milium [illegible] ei. 7 decies centena milia assistebant ei. Per stelle infimi. Ps. Qui facit anglos suos spiritus.

Fulgur dicitur splendor. (Fulgur in modo in bono. duobus in malo.)
quidam cum percussione.
Est autem triplex fulgur. scilicet fulgur divinitatis. fulgur anglice dignitatis. 7 fulgur humanitatis. Fulgur divinitatis duplex. ipse spiritus scs. vel illuminatio spiritus. Ev. Sicut fulgur exit ab oriente. i. illuminatio spiritus. Vel ipse spiritus a patre. Fulgur etiam divinitatis. comminatio divina. Ps. Fulgura in pluviam fecit. id est. comminationem convertit in misericordiam. Namque fulgur terret. pluvia reficit. Apc. De throno procedunt fulgura 7 voces. 7 tonitrua. Fulgur anglice dignitatis. duplex. scilicet vel boni angeli. propter splen